

TONUS XXXXIV.
MISCELLANORUM.

~~G.M.B.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VIITEBERG.
VI-45. —

SIGNAT. CCCXIII.

6 böse:

THESES THEOLOGICAE
de hac quæstione:

VTRVM ORTHO-
DOXE DICI POSSIT,
FIDEM PRÆVISAM ESSE
causam nostræ ad salu-
tem Electionis:

Propositæ ad disputandum in audito-
rio Theologico ad diem xiv. Decembris.

PRÆSIDE

DANIELE TOSSANO S. THEOLO-
GIAE D. ET PROFESSORE IN
Academia Heidelbergensi,

Respondente

JOHANNE GOEDDEO TRE-
MONIANO VWESTPHALO.



HEIDELBERGÆ,
Apud Abrahamum Smesmannum
ANNO CICLO XCIV.



7

THEOLOGICAE

DISCUSSIONE

ON THE REFORMATION

DOCTRIINA POSIT

HEDWIGE KEGELIAN ESSAY

CATHOLIC CHURCH

ON THE REFORMATION

ON THE REFORMATION

IN A TALK WITH A FRIEND

ON THE REFORMATION





THESES PRIMA.

EVERVNT iam olim nonnulli, qui citra
vllam Pelagianismi suspicionem statui
posse arbitrarentur: prædestinatos esse
eos ad vitam æternam, quos Deus præsci-
uisset credituros, & gratiam oblatam non repudia-
turos.

Vide epist.
Hilarij Are-
latens. ad
Aug. tom. 7.

II.

Nec diffitetur B. Augustinus seipsum aliquando in
eadem sententia fuisse, præferrim antequam eum Pe-
lagiani exercuissent, & ad veritatem doctrinæ Præde-
stinationis melius indagandam excitaissent: Postea
verò re bene expensa se ab illa sententia discessisse
diserte scribit: quod Doctorem Hunnum vel non
obseruasse, vel obseruare noluisse apparet ex thesi
72. postremæ disput.

De prædest.
Sanct. cap. 3.
Et Retract.
lib. 1. cap.

III.

Rationes mutatæ sententiæ has affert Augus-
tinus. 1. Quod ex Scripturis didicerit, Fidem ipsam
esse Dei munus & opus in nobis, & per consequens
effectum gratiæ Dei & diuinæ electionis. 2. Quod
Electiōnem constet esse gratuitam, nec ab homini-
bus, aut eorum vel fide, vel operibus, sed à Dei &
doniæ siue beneplacito dependere. Alias enim nos
Deum eligeremus, non ipse nos: contra dictum illud
Iohan. 15. Vos non me elegistis. 3. Id quod in tem-
pore fit in his terris, non potuisse esse causam illius æ-

Augustin. II.
de perseue-
rant Sauct.
cap. 17.

A 2 ternæ

Rom 9.
Ephes. I.
De prædestinat.
Sanct. cap 16
terea electionis factæ non solum antequam crede-
remus: verùm etiam antequam essemus. 4. D. Pau-
lum, quando de causa Electionis differit, nusquam
dicere Electionem esse ex Credente: quin potius
simpliciter pronunciare, eam esse ex V. O. C. A. N. T. E
Deo, scilicet ex proposito, qua vocatione fit aliquis
credens: ut omne auferatur homini, totum Deo tri-
buatur.

IV.

Potest accedere & hæc ratio, quam Augustinus.
non obscurè variis in locis suggerit: Si Fides præui-
sa sit causa Electionis, Incredulitatem ergo præui-
sam causam esse Reprobationis. Quo dato, totum
genus humanum reprobatum esse oporteret, cùm
tota illa massa sit corrupta, & in illa nihil præscire po-
tuerit Deus, nisi incredulitatem.

V.

Hunnius in
Thesibus de
Prædestinat.
Et Mylius
in disput.
Ienensi an-
no 93.
Illam verò Fidei præscientiam cùm nonnulli ho-
diè: qui se Orthodoxos haberi volunt, afferere, &
miris palliationibus & incrustationibus venditare &
excusare non dubitent, visum est, eorum rationes
paucis excutere, & huius summi & saluberrimi arti-
culi doctrinam ab hominum fermento vindicare.

VI.

Vide Bellar-
min. tom 3.
part. I.
Illud enim dogma de Fide præuisa èò est intole-
rabilius, quòd non solum cum Ecclesiæ Orthodoxæ
consensu pugnat: verùm etiam ipsi Pontificij nimis
alias pelagianizantes agnoscunt, prædestinationis
causam, aut rationem ex parte nostri affignari nul-
lam posse: Sed totam ex Dei voluntate pendere.

Et

VII.

Et h̄c omnia ita esse gratuita, vt non solum ea opera quæ meriti rationem habere videantur, sed & alia omnia excludantur: Et citat Bellarminus Augustini dictum lib. i. ad Simplician. quæst. 2. Eorum non misereri Deum, quibus gratiam non esse præbendam aequitate occultissima, & ab humanis sensibus remotissima iudicauit: quam non aperuerit, sed admiratus sit Apostolus, dicens: O altitudo diuinarum.

VIII.

Quanquam nos non latet Pontificios h̄c sibi non constare, vt nec de infallibilitate & immutabilitate Prædestinationis. Sic enim Moguntini, nimis cum Hunnio & Mylio pelagianizantes: licet totius Prædestinationis secundum omnes suos effectus, nec ex parte hominis, nec ex parte angeli, causa vel ratio assignari possit: Sed S O L A diuina voluntas immensaque misericordia: Non tamen adeo absurdum videri debet, causam in utroque, homine & angelo alicuius in particulari effectus datur: quemadmodum & illud, vt aliquid in eorum potestate esse dicatur, adiuuante diuina gratia, quod in præuisione diuina cum tota prædestinatione coniungatur: nempe rationalis Creaturae cooperatio, qua gratiæ præuenienti perseverantes cooperantur.

IX.

Hæc in Pontificiis non ita miramur, quos constat nec sibi constare in hac doctrina: nec Augustini doctrinam, quam eorum maiores aliquando amplexi sunt, retinuisse: Sed maximè dolendum est eos, qui Euangelicorum coryphæi videri volunt, contentionis studio sic abripi, vt Pelagianismi fundamenta retineant: dum eos qui percunt, potuisse con-

A 3 seruare

In disputa-
tione de co-
harentia li-
beri arbitrij
& prædest.
ann. 87. thes.
60.

Hann. dispu-
tatione Mar-
tatem non à Deo pendere, sed ab hominibus. Item,
purgensi de-
credidisse', Actor. 13. ordinatos ad vitam æternam
25.
Thes. VVi. aetiuè, id est, qui se disposuerant, & locum doctrinæ
teb. 110 ann. dederant. Item, quod pauci saluantur: non esse Dei
93 thes. 192.
In disputat. voluntatem: sed homines in culpa esse: Item My-
de Prædest. lius: Poterant si voluissent credere: non habent mul-
ann 93 thes.
159. ti fidem, quia nolunt. Item thes. 119. Improbos pos-
senon damnari: fortuitò damnari.

X.

Hann. thes.
109. disput.
ann. 94. Hæc cùm asserant, nullo modo sese de Pelagianismo excusare possunt: Imò totam Electionem Dei euertunt, & ad homines transferunt: Electionemque, & per consequens Dei decretum & cognitionem, dubiam ac fortuitam faciunt, præsertim cum certos Electos damnari posse contendant.

XI.

Ludunt autem fallacia à dicto secundum quid, cùm aiunt, Scripturam, aut Patres, præcognitionis facere mentionem: omnino enim præscit Deus quos prædestinat: Sed non sequitur, eos propter fidem præuisam esse Electos.

XII.

Hann. Thes.
27. disput.
ann. 94. Neceos iuuat, aut excusat, sed meras præstigias verborum & contradictiones importat, quod aiunt, *Nihil in nobis intueri Deum, cuius dignitate, vel merito ad Electionem nostri moueatur: adeo ut ne Fides quidem ingrediatur hoc Electionis decretum quatenus in nobis est: sed quatenus extra nos quasi egrediens, Christum apprehendit.* Nam & Pelagius in Synodo Palæstina fassus est gratiam non secundum merita dari: & siue per modum meriti,

IV

meriti, siue per modum conditionis, aut non meriti id fiat, alienum est statuere in æterna illa, & ante secula facta Electione, aliam eius causam, quam solam Dei gratuitam voluntatem: quæ non inuenit, sed fecit eligendos, (vt loqui solet Augustinus) & non minus quam à Iustificatione, excludi oportet à causa Electionis omnem aptitudinem & capacitem, vel dispositionem nostram.

XIII.

Et perpetua hæc fuit superioribus annis Euangelicorum omnium doctrina, quam olim Hunnius ex præceptore suo D. Herbrando didicisse debuit: Sic enim in disputatione Tubingensi anno 69. thes. 29. scribit: *Nihil Deus in nobis inuenit, cuius respectu motus ad vitam æternam nos eligat. In omnibus enim peccatum inuenit. Quare si pro sua iustitia nobiscum agere vellet, omnes damnaret.*

XIV.

Et Lutherus ipse in præfatione epistolæ ad Romanos: *Ex illa, inquit, prædestinatione æterna fluit & prouenit quis crediturus, aut non crediturus sit: Non autem ut Hunnius imaginatur, Ex fide nostra fluit Electio.*

X V.

Neque certè fides præuisa Electionis causâ dici posset, quin etiam causa diceretur vocationis, & aliorum mediorum subordinatorum Electioni: quibus ad vitam æternam perducimur, nostramque etiam iustificationem præcederet:

X VI.

Argumenta, quæ adferuntur, ad excusandam il-

lam

Thef. 40. &
42. Iam præuisionem Fidei, sunt funiculi ex arena nexione
quale est illud: *Nemo potuit eligi sine interuentu meriti
Christi: Meritum Christi nihil prodest sine fide*. Ergo Fides
præuisa est causa Electionis.

XVII.

Non enim quæcunque sunt subordinata, ut media, vel instrumenta, vel effectus, causa sunt illius Electionis: Et diuersi sunt termini: quæstionesque diuersæ, quando quæritur de causa Electionis: & de iis, quibus prodest meritum Christi: Imò nec ipsius iustificationis causa dici potest Fides, quatenus est in nobis, siue qua habitus, sed correlatiuè, siue quatenus per eam Christus apprehenditur.

XVIII.

Thef. 44. &
45. Æquè clumbe est, quod subiiciunt, Fidem ingredi definitionem Electionis: quod neminem servare decreuerit Deus, nisi credat.

XIX.

Fidem ingredi definitionem Prædestinationis, si coniungantur media, quibus ad salutem perducimur, non prohibemus: Sed concurrere ut Causam, & facere ut Electio ab hominibus pendeat non à merita & certa Dei voluntate, id merè Pelagianum est, & totam certitudinem & consolationem, quam piæ mentes ex illa Electione habent, tollit.

XX.

De qua consolatione Apostolus ad Rom. 8. Quis intentabit crima aduersus ELECTOS DEI? Itē, Quis nos separabit à charitate Christi? Illi contraria, multos Electos damnari posse contendunt.

Vrgent

XXI.

Vrgent & illud argumentum: *Impossibile est Deo placere sine Fide. Ergo eligi non potuimus sine Fide.*

Hunn. Theſ. 52. ann. 94.

V

XXII.

Hic rursus confundunt Electionem eius qui vocat ea, quæ non sunt; ut sint, quæ est secundum propositum, ut cùm D. Paulo loquitur Augustinus, cum mysterio reconciliationis: Sicut & gratiam cum præparatione gratiæ, quæ duo maximè distinguenda esse rectè monet Augustinus.

De Prædest. Sanct. c. 10.

XXIII.

Alienum enim planè est Fidem aliquam & gratiam ante ipsam præparationem & electionē eorum, quibus Fidem donare voluerit Dominus, imaginari. Sic ergo colligimus: Concedit Hunnius, Fidem gratis hominibus certis à Deo donari. Ergo concedat oportet, nisi miram ἀταξίαν & incertitudinem in Dei cognitione & actionibus fingat, Deum ex toto genere humano certos elegisse, quibus illam Fidem donare vellet.

XXIV..

Cæterū nemo placet Deo, id est reconciliatur ei, & iustificatur, nisi per Christum, siue per Fidem. Verū quod illi datur Fides: aliis non, qui tamen omnes ex eadem massa sunt, in causa est libera Dei voluntas, & gratuita Electio eius qui non inuenit in nobis fidem, sed eam dat quibus lubet..

XXV..

Idcirco hæc loca Pelagianis opponere solebat Augustinus. Deut. 10: vbi gratis dilecti Patres: dicuntur cùm sinaturam eorum speces, pleni sordibus essent.

B. Ezech..

Ezech. 16. Item illud Esaiæ 43. Non me inuocasti Iacob, nec laborasti pro me. Item Rom. 5. Cùm adhuc essemus peccatores & inimici. Item, i. Io-han. 4. Non quod nos dilexerimus Deum, sed ipse dilexit nos.

XXVI.

Iuxta porrò Hunnij hypothesin, ita ratiocinari oporteret: Nullus elititur, qui non placeat Deo: Nullus placet Deo, nec credit in eum naturâ. Ergo, Nulli sunt Electi.

XXVII.

Verùm enim verò euadere isti homines non pos-sunt, quin suum Pelagianismum prodant, quando non solum statuunt Electionem pendere ab homini-bus: sed & in hominis potestate esse, si audiat Ver-bum, ut credat, & fiat Electus.

XXVIII.

Contrarium enim tota Scriptura docet: & do-cent omnium Euangelicarum Ecclesiarum confes-siones: *Non esse volentis & currentis, sed miserentis Dei. Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum: Illis non item. Gratias ago tibi Pater, quod ista absconderis à Sa-pientibus. Non poterant credere, quia obduratum erat cor eorum. Lydia verò credidit, cuius cor Deus aperuit. 2. Corinth. 3. Non sumus idonei ex nobis. Sana me Domi-ne, & sanabor.*

XXIX.

Etsi verò sua culpa pereunt impij: hoc sibi tamen Deus in sua libertate reseruat, vt trahat ad Filium, quos vult, & misereatur, cuius vult: nec ille cuiquam malitiām impertitur, nec quenquam peccare cogit: imò

Rom. 9.
Matth. 13.
Matth. 11.
Iohan. 12.30.
Act. 16.
Ierem. 17.

VI

imò peccata seriò prohibet: Sed rursus nemini te-
netur dare gratiam, nisi cui lubet: Quis enim prior
dedit ei, inquit Apostolus, & reddetur ei? Verùm Roman.ii.
de his, & similibus quæstionibus in vberioribus
thesibus quas propediem (volente Deo)
de Pelagianismo in lucem dabi-
mus, differemus.

FINIS.



Umg. VI 45

ULB Halle
002 379 767



3

s. b.

WNA

18,33 *afsluiting*

1793-1836

Đến năm 1900, trung bình 100 ha nông
trại có 1000-1500 kg lúa/năm.
Trong đó, lúa nước chiếm
chiếm 70-80% diện tích.
Lúa nước có năng suất cao
và ổn định, nhưng cần
nhiều công sức, thời gian.
Lúa nước có thể thu hoạch
trong 100-120 ngày.
Lúa nước có thể thu hoạch
trong 100-120 ngày.

Die Lachter
Tribus 1937

1. *Trichostema dichotomum*

This image shows a close-up, high-angle view of a dark, textured surface, likely asphalt or concrete. The surface has a mottled appearance with various shades of brown, tan, and black. In the upper right quadrant, there is a faint, light-colored rectangular area containing the word "STOP" in a bold, sans-serif font. The rest of the image is dominated by the dark, uneven texture of the ground.

卷之三

73. *Georg Schäfer*
Fotografie
31. Artillerie

卷之三

וְיַעֲשֵׂה כָּל־בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל וְיַעֲשֵׂה כָּל־בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל

—Éxit vaga-se a Igreja! —

Et regnabit eum

בְּרִית מְשֻׁבָּת

City **Geo.** **State**

בְּרֵאשִׁית כָּל־עַמּוֹד־בְּרוּךְ־תְּהִלָּתֶךָ

THE VIRTUES OF JESUS CHRIST

卷之三

1983-39-17

THE LADY OF THE LAKE

タリヤー・アーヴィング

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

*August 10th 1910
A. M.*

This image shows a close-up of a dark, textured surface, possibly a book cover or endpaper. The texture is irregular and appears to be made of a material like cloth or paper. There are several distinct, lighter-colored, organic-shaped stains scattered across the dark background. These stains vary in color from a pale yellow-green to a rich, earthy brown. Some stains are large and irregular, while others are smaller and more defined. The overall effect is one of aged, natural wear or damage.

Farbkarte #13

B.I.G.



THESES THEOLOGICAE
de hac quæstione:

VTRVM ORTHO-
DOXE DICI POSSIT,
FIDEM PRÆVISAM ESSE
causam nostræ ad salu-
tem Electionis:

Propositæ ad disputandum in audito-
rio Theologico ad diem xiv. Decembris.

P R A E S I D E

DANIELE TOSSANO S. THEOLO-
GIAE D. ET PROFESSORE IN
Academia Heidelbergensi,

Respondente

JOHANNE GOEDDEO TRE-
MONIANO VWESTPHALO.



HEIDELBERGÆ,
Apud Abrahamum Smesmannum
ANNO cIc Ic XCIV.

